



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Qualiter accusates episcopus discutiendus sit apud patriarchas vel  
primates, & quot testibus couninci debeat. cliiii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

D. BVRCHAR DI EPIS. VVORMAC.

*Ex concil. Cartha. cap. 12.* **F**elix episcopus dixit: Suggero secundum statuta veterum conciliorum, ut si quis episcopus, quod non optamus, in reatum aliquem incurrit, & nimia necessitas ei fuerit non posse plurimos congregare: ne in crimine remaneat, à XII. episcopis, & presbyter à sex episcopis, cù proprio suo episcopo audiatur, & diaconus à tribus.

*De episcopo criminato si episcopi comprouinciales in eius criminazione dissenserint. Cap. CL.*

*Ex cōcili. Antioche. cap. 14.* **S**i quis episcopus de certis criminibus diiudicatur, & contingat de eo comprouinciales episcopos dissidente, cùm iudicatus ab aliis innocens creditur, reus ab aliis aestimatur, propter huius ambiguitatis solutionē sanctae synodo placuit, ut metropolitanus episcopus à vicina prouincia iudices alios conuocet, qui controuersiam tollant, & vt per eos simul, & per comprouinciales episcopos quod iustum fuerit visum approbetur.

*Vt episcopis nullus laicus crimen imponere possit. Cap. CLI.*

*Ex decre. Sylvestri papae, cap. 1.* **I**n consensu & subscriptione omnium constitutum est, ut nullus laicus episcopo, vel alicui in ordinibus positio, crimen aliquod possit inferre. Et vt presbyter non aduersus episcopum, non diaconus aduersus presbyterum, non subdiaconus aduersus diaconum, non acolytus aduersus subdiaconum, non exorcista aduersus acolylum, non lector aduersus exorcistam, non ostiarius aduersus lectorem, det accusationem aliquam. Et non damnetur praesul, nisi in LXX. duobus idoneis testibus.

*Quod inimici accusatores esse non possint. Cap. CLII.*

*Ex decre. Anacleti papae, omniibus epis copiis mis sis, ca. 37* **A**ccusatores autem & testes esse non possunt, qui in proximo facti sunt inimici, ne irati nocere cupiant, ne lèssi vlcisci se velint. In offendis igitur, accusatorum & testimoniis affectus querendus est, & non suspectus.

*Vt episcopi accusatorum episcoporum iudices esse debeant. Cap. CLIII.*

*Ex decre. Damasi papae, cap. 3.* **A**ccusatorum episcoporum iudices esse decernimus episcopos sapientes, recte & iuste volentes. Qualiter accusatus episcopus discutiendus sit apud patriarchas vel primates, & quot testimonibus coincidi debeat. Cap. CLIV.

**P**Atriarchæ verò vel primates accusatū discutientes epi *Ex decr.* scopum, non ante sententiā proferant finituam, quām Zepheri- apostolica fultus autoritate, aut reum se ipse confiteatur, ni papæ. aut per innocentes & regulariter examinatos conuinca- omnibus tur testes, qui minores nō sint numero, quām illi discipuli per Sici- fuerunt, quos dominus ad adiumentum apostolorum eli- liam con- gere præcepit.

*De patriarchis & primatibus.* Cap. CLV. *piscopis missis,*

**I**N illis verò ciuitatibus in quibus olim apud Ethnicos *cap. 2.* primi flamines eorum, atq; primi legi doctores erant, *Ex decr.* episcoporum primates poni, vel patriarchas, qui reliquo- *Clemētis* rum episcoporum iudicia, & maiora, quoties necesse foret, *pap. ca. 9* negocia in fide agitarent, & secundum domini voluntatem sicut sancti constituerunt apostoli, ita vt ne quis iniuste pe- ricitaretur definirent.

*De vocatione accusati episcopi.* Cap. CLVI.

**V**Ocatio enim ad synodū, iuxta decreta patrum cano- *Ex epist.* nica, eius qui impetratur, rationabilib<sup>9</sup> scriptis per spa- *Damasi* tum fieri debet congruum atque canonicum. *Quia nisi ca-* papæ, ad nonicē vocatus fuerit suo tempore, & canonica ordi- *Stephan.* natione: licet venerit ad conuentum, in quacunque ne- *& ad cō* cessitate, nisi sponte voluerit, nullatenus suis respondebit *cil. Africæ.* insidiatoribus, quoniam nec seculi leges hoc permittunt *cæ.* fieri, quanto magis diuinæ?

*Primates de accusato episcopo non ante sententiam proferant damnationis, quām aut reum seipsum confiteatur, aut canonicē per innocentes testes conuincaatur.* Cap. CLVII.

**P**Rimates quoque accusatum discutientes episcopum, *Ex epist.* non ante sententiam proferant damnationis, quām *Felicispæ.* apostolica fretus autoritate, aut reum seipsum confiteatur, *Paterno* aut per innocentes & canonicē examinatos regulariter *epis. miss.* testes conuincaatur. Aliter censemus irritā esse & iniustam *cap. 4.* episcoporū dānationē, & idcirco à synodo retractandā: ita *Ex re. ad* vt oppressis ab omnibus in cunctis subueniatur causis. *Gēnadiū*

*Qualis primas esse vel quid agere debeat.* Cap. CLVIII. *Patriciū*

**C**ONCILII verò catholicorum episcoporum admo- et Exar- nerī præcipite, vt primatem nō ex ordine loci, post- chum positis vitæ meritis, faciat, quoniam apud dominum non *Africæ.*